anni Dominì. 1587. Circa hanc materiam ſtatuit.

CLAVSVLA CAPITVLI GE-
neralis Romani circa Doctrinas ſeu Miniſteria Indorum.

Quia vero de Doctrinis à Fratribus retinendis ſiue reijciendis ſæpe cõtrouerſum fuit, nec id Regia Mageſtate, eiuſq; Concilio inconſultis, cõmodè diffiniri poteſt: Quia etiam Indi de nouo ad fidem conuerſi Miniſtris qui ſibi in ſpiritualibus opportunè adſint, ſummopere egent, ſtatuitur & decernitur, vt noſtri Fratres huiuſmodi Doctrinas retineant, illiſq; inuigilent: idq; iuxta decretum à Catholica Maieſtate circa hoc vltimò datum, quod ſi ſecus à prefata Regia Maieſtate determinatum fuerit, vt videlicet præfatæ Doctrinæ Epiſcopis & ſecularibus Sacerdotibus committendæ, reliquantur, preſenti ſtatuto [idq; in ſanctæ obedientiæ virtute, ac ſub excommunicationis Latæ ſententiæ pœna] omnibus Religioſis apud Indos à gentibus præcipitur, vt viſo Regio huiuſmodi decreto, prefatis Doctrinis vlla abſq; contradictione, ex tempore cedant. Hæc ibi. Ex quo apparet capitulum Gen-